

Porphyrii. frag. c. 7. tria generis et differentia communia, et septem inter
ea differentias numerat ac vocans et. quem vid.

Id. c. 8. tres generis et speciei communitates septem vero differen-
tias exponit.

Cap. 9. Id. tres generis et proprii communitates et quinque differen-
tias explanat.

Idem c. 10. unam communitatem, et quatuor differentias ponit in
ter genus et accidens. vid.

Pacius comment. org. p. 10. elegantem instituit comparationem, ex Por-
phyrio inter genus et generalissimam, dicens: sicut minus pater est tm. pa-
-ter, non filius, ita solum genus est tm. genus, non species. Item sicuti quidam
simul sunt filii suorum parentum, et parentes suorum liberorum, ita subalterna,
sunt species suorum generum, et genera, suorum specierum. Tandem sicut alius est
tui filius, non pater, ita etiam specialissima est tm. species non genera.
Est et altera similitudo, quae sola mihi videtur in contextu aptiori; sicut
n. speciei specialissima, non solum attribuitur proximum genus, sed et
alia omnia superiora, ita etiam ultimi filii non solum pater proxi-
-mus, sed etiam omnes alii maiores dicuntur parentes, e.g. homo di-
-citur animal, et vivens, et corpus, et substantia; sic Agamemnon di-
-citur Atreides, i.e. filius Atrei, et Pelopides, i.e. nepos Pelopis, et Tanta-
-lides, i.e. pronepos Tantali, et postremum Trois, i.e. abnepos Trois.